BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 63v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sint ac magistri ⁊ duces eos ad ostium
tabernaculi federis: facietque ibi stare tecu-
m ut descendam ⁊ loquar tecum. ⁊ auferam
de spiritu tuo tradamque eis: ut susti-
neant tecum onus populi ⁊ non tu solus
graveris. Populo quoque dices. Sanctificami-
ni cras comedetis carnes. Ego enim vos
audivi dicere. Quis dabit nobis escas
carnium? Bene nobis erat in egypto. ut
det vobis dominus carnes ⁊ come
datis non uno die. nec duobus. vel
quinque. aut. x. nec. xx. quidem. sed usque
ad mensem dierum: donec exeat per na-
res vestras ⁊ vertatur in nauseam. eo quod
repulistis dominum. qui in medio vestri est.
⁊ flevistis coram eo dicentes. Quare
egressi sumus de egypto? Et ait moy-
ses ad dominum. Sexcenta milia peditum
populi huius sunt. ⁊ tu dicis dabo eis
esum carnium mense integro? Numquid
ovium vel boum multitudo cedetur. ut
possit sufficere ad cibum. vel omnes pisces
maris in unum congregabuntur ut sa-
tient eos? Cui respondit dominus. Numquid
manus domini invalida est? Iam nunc
videbis. utrum meus sermo opere comple-
atur. Venit igitur moyses ⁊ narravit
populo verba domini. congregans. lxx. viros
de senioribus israel. quos stare fecit circa
tabernaculum. Descenditque dominus per
nubem ⁊ locutus est ad eum. auferens
de spiritu qui erat in moyse ⁊ dans. lxx.
viris. Cumque requievisset in eis spiritus.
prophetaverunt. nec ultra cessaverunt. Reman-
serant autem in castris duo viri. quorum
unus vocabatur eldad. ⁊ alter medad.
super quos requievit spiritus. Nam ⁊ ipsi
descripti fuerant. ⁊ non exierant ad tab-
naculum. Cumque prophetarent in castris.
cucurrit puer ⁊ nuntiavit moysi
dicens. Heldad ⁊ medad prophetant in
castris. Statim iosue filius nun mi-
nister moysi. electus e pluribus ait. Domine
mi moyses prohibe eos. At ille. Quid in-
quit emularis pro me? Quis tribuat
ut omnis populus prophetet. ⁊ det eis dominus

spiritum suum? Reversusque est moyses ⁊ omnes
maiores natu israel in castra. Ventus
autem egrediens a domino. arreptas trans ma-
re coturnices detulit. ⁊ dimisit in cast-
ris quantum uno die confici potest
ex omni parte castrorum per circuitum. vola-
bantque in aere duobus cubitis in alti-
tudine super terram. Surgens ergo populus
toto die illo ⁊ nocte ac die altero: congre-
gavit coturnices qui parum. x. choros:
⁊ siccaverunt eos per gyrum castrorum. Adhuc
carnes erant in dentibus eorum. nec defe-
cerat cibus huiuscemodi: ⁊ ecce furor domini concitatus
in populum: percussit eum plaga magna
nimis. Vocatusque est locus ille sepulchra
concupiscentie. Ibi enim sepelierunt po-
pulum qui desideraverat carnes. Egressi
autem de sepulchris concupiscentie. ve-
nerunt in asseroth. ⁊ manserunt ibi.
Locutaque est maria ⁊ XII.
aaron contra moysen propter uxor-
em eius ethyopissam. ⁊ dixerunt.
Num per solum moysen locutus est dominus?
Nonne ⁊ nobis similiter est locutus?
Quod cum audisset dominus. iratus est
valde. Erat enim moyses vir mitissimus
super omnes homines qui morabantur
in terra. Statimque locutus est dominus
ad eum ⁊ aaron ⁊ mariam. Egredimini
vos tantum tres ad tabernaculum federis.
Cumque fuissent egressi. descendit dominus
in columpna nubis. ⁊ stetit in introitu
tabernaculi federis. vocans aaron
⁊ mariam. Qui cum issent. dixit ad eos.
Audite sermones meos. Si quis fuerit in-
ter vos propheta domini in visione appare-
bo ei. vel per sompnium loquar ad illum. At
non talis servus meus moyses. qui in
omni domo mea fidelissimus est. Ore
enim ad os loquor ei. ⁊ palam. non
per enigmata ⁊ figuras dominum vi-
det. Quare igitur non timuistis detrahere
servo meo moysi? Iratusque contra eos.
abiit. Nubes quoque recessit que erat
super tabernaculum. Et ecce maria
apparuit candens lepra sicut nix. Cumque